

quare vos instanter rogo, quantum possum, quatenus michi voluntatem vestram super huiusmodi dictis velitis intimare, vtrum michi cauere debeat publice vel occulte. In Christo valete. Scriptum Stokholm[is] vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste meo sub secreto.

Sigill (hjälmprydd sköld med två bjälkar; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 682): SIGILLUM NICHOLAI . . . VRIS'.

5059.

1354 Sept. 20.

Magnus Petersson ingår å sin dotter Sigrids vägnar ett jordaskifte med domprosten Matteus i Västerås.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras inspecturis Magnus Pætersson salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium nouerint vniuersi me viro nobili domino Matheo preposito Arosiensi quedam bona in Vermælandia dicta Afræstadha parochie Øluær-rudh cum colonis, molendinis ceterisque adiacenciis omnibus et singulis quibuscumque pro quibusdam bonis in Smalandum dictis Næsiulth, Alæfiske et Æskebek parochie Fagherhwltæ ex parte dilecte filie mee Sigridis iusto permutacionis tytulo dimisisse sibi suisque heredibus alienando et eidem Matheo suisque heredibus appropriando iure perpetuo possidenda. In huius igitur permutacionis testimonium sigilla virorum discretorum Petri Ægardzson et Petri Hemmingsson vna cum sigillo proprio peto presentibus hiis apponi. Datum anno Domini m^o cc^o c l^{mo} quarto in vigilia sancti Mathei apostoli et ewangeliste.

På baksidan: Æfræstadha parochia Øluærwdh.

Sigill: n. 1 (klufven sköld utan hjälm; jfr Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 668): s' MANGNI PÆTERS'; n. 2 (spets åt h. i sköld utan hjälm): s' PETRI EGGAR.; n. 3 (två stjärnor på snedden i sköld utan hjälm): s' PETRI H . . .

5060.

[1354] Sept. 22.

Johan Buxtehude begär råd af borgmästare och råd i Stralsund, huru han skall förhålla sig gent emot försöken att göra honom och andra Stralsundsborgare medskyldiga i af Lybeckare och Stettinare begångna förbrytelser.

Orig. i Stralsunds Stadsark.
Tryckt efter LU I, 4, s. 54.

Premissa condigna salutacione seruicii et honoris. Quemadmodum discrecioni vestre nuper transscripsi, quod dominus Andreas Neghelszen una cum Veregheden et Johanne Deken laborauerunt homicidio et incendio per Lubicenses ciues et Stetinenses peracto me et vestros ciues fraudolenter inmisceri, et pronunc laborant nos pro homicidio per Bertoldum de Monasterio dudum perpetrato agrauare et diuersis blandis sermonibus doloque multifario et minis quam pluribus me invaserunt. Ego autem super meram iusticiam me firmabam et libertatem conquerencium pariter et iudicum, qui tantum querelas contra ciues Lubicenses et Stetinenses proposuerunt.

Hinc scitote, quod consilium fecerunt occultum, quod ignoro, sed credo, quod volunt me habere ad presenciam regis Swecie, qui in breui versus Helsingheborch erit venturus. Quapropter vestram prudenciam precibus inclitis exoro, quatinus mihi responsum iuxta vestrum prudens consilium reformatis, quomodo sim facturus et ciues vestros honeste defensurus, quia de die in diem nouas et maliciosas excogitant inuenciones, qualiter me poterint molestare fraudolenter et agrauare. Valete in Christo. Scriptum crastino die beati Mathei meo sub sigillo.

Per Johannem Buxtehuden.

På baksidan: Honorabilibus viris, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Strallessund.

5061.

[1354] Sept. 24.¹⁾

Riddaren Lars Karlsson, svensk höfvitsman i Skåne, meddelar Stralsunds fogde i Falsterbo, att han under de tvenne följande dagarna skulle vistas i Malmö och då på bästa sätt söka beifra de oförrätter, som tillfogats Stralsunds borgare och andra personer.

Orig. på papper i Stralsunds Rådhusarkiv.
Tryckt efter HR 1, s. 119 f. (här dock under felaktigt datum).

Honorabili viro, aduocato Sundensium in nundinis Falsterbothæ commoranti, detur [littera]²⁾ hec.

Honorabili viro, aduocato Sundensium in nundinis Falsterbothæ commoranti, Laurencius Karlson miles, prefectus Scanie, promocionis amicabilem constanciam cum salute. De iniuria et grauamine, vestris conciuibus et aliis, qui ob spem securitatis et pacis, qua de speciali fiducia domini mei regis more solito perfrui tenerentur, ad predictas nundinas applicabant, vobis et eis presumptionem temerariam illatam sollicitate condolentes (o: condolentibus) amicabiliter insinuo, quod si de auxilio meo aequaliter necessitati fueritis, secundum vestrum consilium ad vindictam debitam de grauaminibus antedictis efficiam, quantum possum, ex parte domini mei regis moram facturus in Malmøghæ die crastina et sexta feria subsequente. In Christo valet. Scriptum meo sub sigillo quarta feria ante Michaelis.

Spår af sigillet.

5062.

1354 Sept. 27.

Johannes till Törringe jämte flere hans anförvanter erkänner sig hafva mottagit full mansbot för Alexander Jonsson till Törringe, Johannes' fader, hvilken blifvit dödad på Munkholm af utländska köpmän.

Orig. i Lübecks Statsarkiv.
Tryckt efter LU I: 3, s. 212.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes, filius Alexandri de Tyrchinge, Andreas Niclisson de Skaprusa et Petrus Niclisson de Knutstorp, milites, Henricus

¹⁾ Om dateringen af detta bref se HU 3, s. 136.

²⁾ Ett ord här oläsligt; bör väl dock vara 'littera'.